Actum in Castro Præmysliensi, Feria Tertia post Festum Sancti Valentini Martyris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono. 18/II 1659

Nanowska Fredrowi Obligat.

Comparens personaliter Coram Officio Actisq[ue] præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus Gnosa Zophia Nanowska olim Gnosi Ioannis Nanowski Consors derelicta Vidua sana mente et Corpore existens à Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo Præsentique Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Præmysliensi quoad Actum præsentem attinet se cum suis successoribus ac bonis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipsa bona sua propria et hæreditaria infrascripta videlicet Laboriosos Tanka Fedczyczka Viduam Una cum filiis eius Atrius et Mikula Subditos Possessionatos tum Agrum ad Curiam sua Rer[um] pertinentem pod Grodowcem dictum in quo Una Tunna cuiusq[ue] cognoscentis frumenti Conseminari potest in Villa Uherce Terra et Districtu præsenti Præmysliensi iacentem Cum omni præmissorum Iure Dominio et proprietate nihilo Obligatorio Cumq[ue] Omnibus et singulis bonorum præfatorum Utilitatibus fructibus Proventibus Redditibus Commodis Emolumentis Obventionibus Subditorum præfatorum Laboribus Censibus Dationibus Vecturis ac muniis quibusvis attinentiis et pertinentiis generaliter Universis Nihil ex præmissis Iuris Dominii et Proprietatis ac cuiusvis Competentiæ et Praerogativis pro se Recognoscente suisq[ue] successoribus aut quopiam reservando seu excipiendo, verum prout præmissa omnia ipsammet Recognoscentem Concernebant ac eidem serviebant Iam ex nunc et de facto Gnoso Alexandro de Plesowice Fredro Pincernæ Terræ Præmysliensis Vxoriq[ue] posteris in summa Centum florenorum polonicalium per se Recognoscentem realiter levata et percepta de qua per præsentes quietat

hinc et ab Anni praesentis ad festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli per
34. Annum proxime nunc venientem incidens In defectu vero praemissi bonorum
praefatorum exemptionis summaeque praefatae Centum florenorum Polonicalium tota-
lis et integrae persolutionis ex nunc de Anno ad Annum pro simili fe-
sto Conversionis Sancti Pauli Apostoli et sic consequenter de Anno
ad Annum festo ad festum Annis et festis sese continue et imme-
diate sequentibus usque ad exemptionem bonorum supradictorum summaeque
praefatae totalis et integrae persolutionis obligavit inscripsit et invadiavit
uti prout praesentibus inscribit et obligat et invadiat In quae quidem
bona supradicta praesentibus obligata eadem Recognoscens Generosa Nanow-
ska praefato Generoso Fredro Obligatario suo eiusque posteris dat et
admittit coram Officio praesenti realem Intromissionem et actualem pa-
cificamque possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et ad
duos die quacunque voluerit efficacie acceptans per ipsum Generosum
Fredro Pincernam Terrae Przemysliensis Obligatarium suum et ipsius poste-
ros haec et eadem bona praesentibus obligata cum suis utilitatibus et usu-
fructibus tenendi habendi et possidendi illisque quiete et pacifice
utifruendi ac ad usus suos suorumque successorum quosvis beneplaci-
tos usus libere et effectualiter convertendi modo praemisso ti-
tulo Obligatorio debebit et tenebitur memorata Recognoscens Generosa Zo-
phia Nanowska prout se ac suos successores in et super bonis suis
generaliter omnibus summisque quibusvis peccuniariis habitis et haben-
dis supradicto Generoso Alexandro Fredro Pincernae Terrae Przemysliensis
Obligatario suo Inscribit et Obligat praesentibus ipsum et eius suc-
cessores in dictis bonis praesentibus obligatis et ratione eorundem
ab omni et quavis impetitione Iuridica quarumcunque personarum cuius-
cunque conditionis status et sexus cuiusvis existentium ex omni in o-
mni Iudicio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit tueri
defendere evincere intercedere et eliberare mundaque et libera
indemnemque cum posteris reddere Nec non haec eadem bona praesentibus
Obligata ab omnibus in genere Iuribus Inscriptionibus pretensionibus
et intentionibus in eadem bona praesentibus Obligata cuiuis personae
modo quocunque

modo quocunq̀ factt et faciend Tum etiam à quibuslibet Citationibus
suis eadem bona praenttbq Obligata modo quocunq̀ importatt et im- 35
portand Lucris denique et Perlucris Processibusq Iuris quibuslibet in
quocunq̀ Puncto et gradu Iuris dependen et in quocunq Iudicio et Officio
Regni obtentt et Obtinendis, ac sub praemissis omnibq bonis praenttbq obli
gatis perductt et producend emundare et eliberare mundaq̀ et libera
semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam Coram Officio praeni
admissam in fundo bonorum praefatorum praenttbus Obligatorum sum
ministerialem et Nobiles duos Officiose requiretur non denegare imo de
bebit et tenebitur, eandem libere dare et effectualr admittere, Iuraq
et admissa eaq Possessionem et Usum fructum praemissor omnium quovis
modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas
non impedire nec adimere, ipsumq Obligatarium et ipsius posteros in prae
missis Omnibq nullo modo iniuriari, ita ut praemissa bona praenttbq Obli
gata idem Gnosq Obligatariq suus suis cum Posteris quiete et pa
cifice praenttb Inscriptionis Obligatoriae Vigore tenere habere et Possi
dere queat et Possit Modo ac titulo Obligationis idq sub Vadio simi
lis Summae suprattae Centum florenor polonicalium per eandem Recogno
scentem Gnosam Nanowska sive ipsius successores Suprattis Gnoso Pin
cernae Terrae Premysl Obligatario suo vel eius posteris ob non Com
pletionem praemissorum Omnium et singulorum tam in toto quam in
quavis minima parte toties quoties opus fuerit ad Soluend succumbens
Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad Soluend succumbenda ac re aliqua
principali ex praemissis non Completa Complenda Citata existens Eadem
Recognoscens Gnosa Zophia Nanowska sive eius successores ad In
stantiam praenominati Gnosi Alexandri Fredro Pincernae Terrae Premysl
Obligatarii sui vel ipsius posterorum ad Officium praenttb Castrense Capi
taneale Premysl extunc recessu suprattis quo ad respondend spectat
mediante semper in primis Citationis Terminis tanquam peremptorio stare
Iuri parere respondere Vadium praetactum luere, Inscriptioni praenti
satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seq ac suos suc
cessores ad eadem omnia inscribit et Obligat praenttbq illum Termi
num primum peremptorium Iuri et alios omnes exinde consequentes
Causae eiusq Terminos semper peremptorios Vera infirmitate ... maiori

minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitiis
36 militari ad munimenta ad Victorem vel aliis quibusvis [illegible] tationibus
et legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem Caeterea Ultra
proximos Officii Castrensis Capitanealis Praemysl. Terminos [illegible]
tationem sibi non recipiendo nullasque Motiones appellationes, ac pro
sequutiones faciendo Praemissaque omnia poenis simplicibus vel tripli
catis Vadiationibus Suspensionibus Fatalibus Iuris [illegible] Terrestri
bello Conventioneque ac aliis quibusvis Iuris remediis et defensis non subter
terfugiendo, nec modo quovis alio evadendo Hac sua praesenti personali
Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria Quinta ante Festum Sancti Matthiae Apostoli proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono.

20/II 1659

Arwey Vngarus Iudaeos Seniores Praemyslienses Quietat, et Statuet.

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus
Capitanealibus Praemysl. Honoratus Stephanus Arwey natione Vngarus
Magnifici Castellani Woynicen. Famulus sanus mente et Corpore existens
foro suo quovis proprio omisso et Iurisdictione sua Competenti posthabita
Praesenti autem Castrensi Capitaneali Praemysl. Iurisdictioni quo ad
Actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus
totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice
ac per expressum recognovit. Quia ipse suo et [illegible] Venceslai Gosnicki
successoribus Camerarii Dobromiliensis In fideles Simone in Posnanski
Michaelem Boruchowe et Hendzel Iudaeos Arendatores Praemysl.
eorumque posteros de Protestatione certa per se Recognoscentem et eundem
Gnosum Gosnicki Contra eos Iudaeos et ipsis Comprincipales occa
sione sui Recognoscentis tempore in eadem protestatione expressa
modoque [illegible] Ordine ibidem Contenta in [illegible] San Sic Praemyslie
sub tempore